



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn


### Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

Admonitio Ad Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10634**



## A D M O N I T I O

## A D L E C T O R E M.

**F**Acilè credo Andreae Schotto de se scribenti pag. 617. orationis funebris supra editae leviter se tinctum fuisse peritia juris. Itaque condonanda est viro eruditissimo hallucinatio de Anselmo Lucensi, quem pag. 607. & 616. ejusdem orationis, tum etiam in catalogo operum Antonij Augustini edito Antuerpiae anno MDCXVII. cum dialogis de antiquitate nomismatum, existimavit auctorem esse veterum collectionum Decretalium ab Antonio Augustino Ilerdensi tum Episcopo editarum. Prioris enim antiquae collectionis auctor, ut docet Antonius Augustinus, fuit Bernardus Circa Papiensis Praepositus, secundae Ioannes Vallengis, tertiae Petrus Beneventanus. De quartae collectionis auctore nihil prodidit vir summus. Sed illa, cum sit composita ex canonibus Concilij Lateranensis & epistolis Innocentij III. Romani Pontificis, tribui non potest Anselmo Lucensi, qui rebus humanis excessit exeunte seculo undecimo. Haec te monere volui, lector, ut hunc scopulum faciliùs vitare possis.

---

**P**Erventum erat ad finem operis, jamque operae typographicae accingebant se ad editionem

editionem Indicis, cū forte fortuna incidi  
 in duos antiquos bibliothecæ regiæ codices,  
 in quorum uno continetur opus Gratiani, in  
 altero descripti sunt priores septem libri col-  
 lectionis quæ Anselmo Lucensi tribuitur.  
 Codex iste non est admodum vetus, utpote  
 scriptus superiore tantū seculo. Attamen  
 ex antiquiore descriptum esse constat. In  
 fronte ponuntur nonnulla de modo celebra-  
 di Concilij. Postea sequitur in loco tituli:  
*Incipit capitulatio librorum quos beatus An-  
 selmus Lucensis Episcopus de coequalibus cau-  
 sis singulos in hoc volumine libros composuit.*  
 Et paulò infra: *Incipit autentica & compen-  
 diosa collectio regularum & sententiarum san-  
 ctorum patrum & auctorabilium Concilio-  
 rum facta tempore \** *sanctissimi Pa- \* Gregorij*  
*pæ à beato Anselmo Episcopo Lucensi ejus di-  
 ligenti imitatore & discipulo, cujus iussione &  
 præcepto desideranter consummavit hoc opus.*  
 Hinc ergo auctoritas conciliari potest huic  
 collectioni.

Gratiani codex uno circiter seculo vetu-  
 stior est, ut ostendemus paulò post. Nullum  
 illic auctoris nomen comparet. Titulus, ut  
 in ceteris veteribus libris, hic est: *Incipit  
 concordia discordantium canonum.* In fine ve-  
 rò ista leguntur: *Explicit liber decretorum  
 cum apparatu suo, quem ego Bruno Iohannis  
 de Davantria Trajectensis diocesis, inter om-  
 nes juris canonici Doctores minimus, reduxi  
 noviter in hunc stilum novum &c.*

*Scriptum per me Brunonem prædictum in*

SI

episcopali palatio sancta Brixienſis Eccleſiæ  
anno à nativitate Domini milleſimo quadrin-  
geſimo quadrageſimo ſexto, die verò nona  
menſis Novembris, pontificatus ſanctiſſimi  
Domini noſtri Eugenij Papa quarti anno ſexto-  
decimo. Fuit hic liber Petri Barbi Cardinalis  
Veneri, qui poſtea fuit Romanus Pontifex,  
dictus Paulus iſtius nominis ſecundus.

In eandem bibliothecam regiam hiſ diebus,  
poſt abſolutam hanc editionem, delatus eſt  
commentarius Guidonis Epifcopi Elnenſis in  
librum decretorum, qui illic Gratiani eſſe di-  
citur apertis verbis. In fronte codicis poſita  
eſt epiftoſa dedicatoria ad Gaucelinum Epi-  
ſcopum Albanenſem, in qua conſilium aucto-  
ris exponitur. Ejus hoc initium eſt: *Reveren-  
tiſſimo Patri in Chriſto & Domino ſuo Domi-  
no Gaucelino divina providentia Epifcopo Al-  
banenſi ſanctæque Romane Eccleſiæ Cardinali  
frater Guido ejus humilis & devotus Dei per-  
miſſione Epifcopus Elnenſis ſeipſum.* Et infra:  
*Multorum denique amicorum importunè in-  
ſtantium precibus devictus ut auctoritates novi  
& veteris teſtamenti ac ſanctorum, quas ma-  
giſter Gracianus in toto decretorum ſuorum li-  
bro allegat, ſuis locis inſcriberem, & unde ac-  
cepta ſunt fideliter denotarem, hoc certè opus  
abſque præſumptione, innixus auxilio divine  
gratiæ, flagitantium caritate deflexus, inci-  
piam.* De Guidone iſto vide appendicem no-  
ſtram ad Synopſim Conciliorum Labbei pag.  
389.